REIFFENSTUEL

JUS

CANONICU

5

BX1935
R45
V.5
c.1

85460
007586



EX LIBRIS
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis

1080023842

JUS CANONICUM

ANACLETI REIFFENSTUEL

V

348.1
P

PARIS. — IMPRIMERIE ÉMILE MAUCHAUSSAT
32, BOULEVARD DE VAUGIRARD, 32

JUS CANONICUM

UNIVERSUM

COMPLECTENS

TRACTATUM DE REGULIS JURIS

AUCTORE R. P. F. ANACLETO REIFFENSTUEL
ORDINIS MINORUM REFORMATORUM

JUXTA NOVISSIMAM ROMANAM EDITIONEM, INNUMERIS EXPURGATIS MENDIS, RECUSUM;
Cui nunc primum accedunt variæ Adnotationes pro quarumdam quæstionum uberiori enodatione, attenta rerum conditione præsenti digestæ, necnon INDEX GENERALIS copiosissimus

STUDIO ET OPERA
R. D. VICTORIS PELLETIER
Cathedralis Ecclesiæ Aurelianensis canonici capitularis, olim vicarii generalis.

VOLUMEN QUINTUM

LIBRI III DECRETALIUM VIGINTI TITULOS POSTERIORES ET TOTUM LIBRUM IV CONTINENS

L.V.

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON
Biblioteca Valverde y Tellez
CAPILLA ALFONSINA
UANL
85460

PARISIIS
APUD LUDOVICUM VIVÈS, BIBLIOPOLAM EDITOREM
13, VIA VULGO DICTA DELAMBRE, 13

MDCCCLXXXIX

BX1935
R45
V.5

CAPILLA ALFONSINA
FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

DOCUMENTA

QUINTO TOMO EDITIONIS ROMANÆ PRÆFIXA

PRÆFATIO

Dante Deo (cui soli omnis honor et gloria) habes, benevole lector, nunc etiam quintum, et ultimum tomum [1] Juris canonici universi, ordine, methodo, doctrinæ securitate, brevitate, et claritate prioribus, uti spero, similem. De quo eadem, quæ de præcedentibus tomis te monitum, et rogatum, ipsum tomum vero, una cum toto opere quoad omnia et singula, judicio, censuræ, et correctioni sanctæ Ecclesiæ Catholicæ subjectum volo.

Facultas et censura ordinarii. — Cum Juris Canonici tomus quintus R. P. Anacleti Reiffenstuel, ordinis Minorum S. Francisci reformatorum theologi jubilati, etc. a theologis perlectus, nihil fidei orthodoxæ aut bonis moribus contrarium contineat,

[1] Hæc verba de prima editione tantum proferuntur; tunc enim *Tractatus de Regulis juris*, qui sextum tomum editionis romanæ occupat, nondum luci committebatur, licet jam conscriptus, ut declarat auctor ipse, lib. V Decretalium. Tit. XLI, ubi *De Regulis juris*; hoc nostro volum. pag. 615.

007586

sed imo ob claram methodum, sententiarum gravitatem, et rationum subtilitatem jus dicentibus et in utroque foro versantibus, apprime utilis futurus sit, ideo, ut publicam lucem videre possit, licentiam et facultatem concedimus ac impertimur. In quorum, etc. Frisingæ, die 19 Julii 1714. — Joannes Sigismundus Zeller, ex liberis baronibus a Gleinstotten, dominorum in Leiberstorff, Dei et Apostolicæ Sedis gratia episcopus Bellinensis, Reverendiss. et Celsiss. sac. Rom. Imp. Principis, ac DD. Joannis Francisci, episcopi Frisingensis, etc., etc., per diœcesin in pontificalibus et spiritualibus vicarius generalis, cathedralis Ecclesiæ Præpositus, Archidiaconus et canonicus capitularis, etc., librorum censor.

Licentia et approbatio ordinis. — Fr. Matthæus a Sancto Stephano, SS. theologiæ lector jubilatus, ac totius ordinis S. P. N. Francisci minister generalis et servus : Dilecto nobis in Christo R. P. F. Anacleto Reiffenstuel, lectori jubilato et concionatori nostræ reformatæ provinciæ Bavariæ, salutem et omne bonum.

Cum juxta Apostolicas, nostrique ordinis constitutiones, per idoneos censores, revisum fuerit opus quoddam R. P. F. Anacleti Reiffenstuel, etc. cujus titulus est : Jus Canonicum juxta titulos quinque Librorum Decretalium in quæstiones distributum, etc., tenore præsentium, ad salutaris obedientiæ meritum, facultatem impertimur, quatenus servatis servandis typis mandari valeat. Datum Romæ die 10 Apr. 1700. — Fr. Matthæus a S. Stephano minister generalis. — De mandato S. P. Reverendissimæ, Fr. Petrus ab Urbino, secretarius generalis.

Facultas admodum reverendi patris vicarii provincialis. — Cum Reverendi Patris Anacleti Reiffenstuel, ord. Min. S. Francisci reformatorum, provinciæ Bavariæ ex-custodis, lectoris jubilati, opus quoddam, cui titulus : *Jus Canonicum juxta titulos quinque Librorum Decretalium in quæstiones distributum*, a duobus theologis jam sit revisum et approbatum, plurimumque recommendatum, et omnia, quæ de jure in editione librorum sunt servanda, sint observata : tenore præsentium facultatem impertior ut laudatissimi hujus operis tomus quintus pro utilitate publica typis mandari possit. Actum Monachii 19 Julii 1714. — F. Sigismundus Neudecker, ord. Min. S. Francisci refor. lect. jub., vicarius Prov.

Censura theologica. — Nos infra scripti de mandato et commissione superiorum diligenter et accurate perlegimus Juris Canonici universi tomum quintum Reverendi P. Anacleti Reiffenstuel, lectoris jubilati, et quoniam hic ultimus cum præcedentibus in amabili ordinis et methodi claritate, in solida doctrinæ facilitate, in fideli legum, canonum, et auctoritatum realitate, et in secura cum orthodoxæ fidei ac morum principiis conformitate per omnia concordat; ideo dignissimum censemus ut hoc totius operis complementum ad immortalitatem auctoris memoriam, publicum

Christianæ reipublicæ emolumentum, et insignem orbis litterarii consolationem publico prælo committatur. Datum Frinsingæ, die 18 Julii 1714. — Fr. Albertus Reiffenstuel, ord. M. S. Francisci reform. lect. jub., et guardianus. Fr. Massæus Kreslinger, ord. M. S. Francisci refor. SS. canonum lect. jubilatus.

Die 7 novembris 1831. — REIMPRIMATUR. — Fr. Dominicus Buttaoni, ord. Præd. mag. S. Pal. socius. — REIMPRIMATUR. — Josephus Della Porta, patriar. Constantinop. Vicesgerens.